



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

379. In Anniversario conversionis ad Devm. De graditudine pro beneficio
vocationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO CCCLXXIX.
 Die Anniversario Vocationis.
 ad sequenda consilia Christi.

Videbo me à seculo quasi prodigum evocatum, & seorsim priorem statum cum hoc novo conferentem; vel si evocatus sum, antequam malitia intellectum pervertit, velut in portu, quæ naufragia evasi, contemplanor Deo gratus.

Conf. 1. Calamitates seculi, cuius filij expositi inter viles mundi sectatores, sub densa erudientium cæcitate, & ignorantia aggressi, virtute nudi, præsidijs ad bonum destituti, quomodo à sevientium passionum intemperantia, curarum spinis, cœno libidinis, tyrannide ambitionis, infamia ignavia, incendio odiorum, tempestatibus irarum, tenebris malitiæ, carcere impietatis proscripti, egentes, spoliati, concisi, & semivivi degunt. Gratias agam Deo, quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu. Psal. 114.

Conf. 2. Fidelitatem statûs Religiosi, utpote, quòd sit plenus aureæ libertatis, à servitute peccati, & passionum erutus; plenus medijs ad obtinendum finem beatum; plenus tranquillitatis placidissimæ: ubi enim virtus, ibi pax est rationis cum appetitu; plenus meriti divitiarumq; coelestium; plenus